Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



XXV

Quo abrah distinxerit bona sua filijs suis

pendens dicet. Pater ignosce illis quia
nesciunt quid faciunt. Pater enim illius
secundum carnem synagoga fuit. qua de in
dorum stirpe natus est xps.

Quinetiam quod abraham duxit alia
uxorem noue cedurah de qua plures
filios habuit. Dedit que cuncta que possede
rat ysaac. filijs autem concubinarum larg
tus est munera. separauit eos ab ysaac.

Non est autem putandum quod abraham
iuste secundum deum cum libidinis causa alias
duxisset uxores. Sed quia noue pater
erat. re etiam multorum filiorum pater esse nole
bat. Significabat preterea deum unam
sanam habere uxorem que sibi legitimos
et hereditate dignos filios pareret. multis
licere concubinas que spurios. ab
hereditate pellendos filios generarent. Qui
les sunt iudei pagani. heretici. Unde
bene subdit. quia dedit filio suo ysaac
cuncta que possederat. filijs autem concubi
narum largitus est munera. Ipse enim xps
ait. Omnia que habet pater mea sunt. Si
enim sua ergo. et mea. Sum enim ut apls
ait. heredes dei coheredes autem xpi. filijs
autem concubinarum largitus est munera.
bona autem temporalia mundi substantia
intellectum. rationem. multarum artium peri
tiam. multa alia dona spiritus. quibus illi
male utuntur. Et separauit eos ab ysaac.
Que enim conuenio lucis ad tenebras.
aut que pars fidelis cum infideli. que con
uentio xpi ad belial. Apls est qui loquitur.
Notandum non est quod easdem. et uxores et
concubinas uocat.

Vixit autem abraham centum septua
ginta annis quinque. et defuncto
mortuus est in senectute bona utpote
in aetate nichil reprehensibile inuenitur.
Et sepelierunt eum ysaac. et hysmahel in
spelunca duplici. Et post obitum illius be
nedixit deus ysaac filio eius. qui habi
tabat iuxta puteum noue uidentis. et uidens.
qui sapie. et iustitie intuitus in lege dei
meditabatur die ac nocte. Supuixit autem
abraam postea ysaac duxit uxorem. tri
ginta quinque annis.

Quadraginta autem annorum erat ysaac
cum duxit uxorem. Pro qua quia
sterilis erat. rogauit dominum. et concepit.

Set collidebantur in utero eius pueri. Fuit
igitur ut consuleret dominum. Qui respondens
ait. Due gentes in utero tuo. et duo po
puli ex uentre tuo dividentur. populusque
populum superabit. et maior minori seruiet.
Nam sunt igitur. Set prior esau egressus
rufus erat. et in more pellis. totus hyspi
dus. Alter egrediens. plantam filius ma
nu tenebat. Idcoque uocatur eum iacob. et cetera.

In euangelio enim dominus ait. Petite et accipi
etis. quaerite. et inuenietis. pulsate. et ape
rietur uobis. Apparet igitur quia multi rogan
dus. et quod faciendum est precibus accele
ratur. Sterilis erat rebecca. paritura ta
men. que non petiuisset. nisi pro ea. y
saac dominum rogasset. Pugnabant uero pueri
in utero. discordiam ipsi. et filij eorum habi
tum erant. significabat. Set quo uenit re
becca. ut consuleret dominum. in quia more
solito sacrificauit. responsum petit. Acce
pit autem responsum. quod maior minori ser
uiet. et plus populum superauit. non quod esau
seruiet iacob. set quia filij iacob usque
ad xpi nativitatem. non solum filios esau. si
et cunctas gentes in circuitu affluerunt. et
superauerunt. Legere uetus hystorias et sic in
uenies. Post xpi uero nativitatem iam non
iudei set xpiani uocantur filij et semen iacob.
Quibus et secundum litteram. et secundum spiritum non
solum filij esau. uerum etiam et ipsi iudei. et cun
cte nationes fuerunt. Quod autem post xpi na
tivitatem non iudei set xpiani dicentur.
semen iacob dicat apls. Non inquit omnes
qui sunt ex israel. hi israelite sunt. neque qui
semen sunt abrahe omnes filij set in ysa
ac uocabitur tibi semen. idest non qui fi
lij carnis hi sunt filij set qui filij sunt
promissionis. estimantur in semine. Et
in euangelio dicitur. Potens est deus de lapi
dibus istis suscitare filios abrahe. Et de
ad iudeos. Si filij inquit abrahe essetis
opa abrahe facieretis. Ex hys ergo
manifestum est. quia non iudei set xpia
ni semen iacob appellantur. Qui etiam
nunc esau per plantam tenet. quin eos
nequaquam iudei eorumque fuina effugere pos
sunt. Set primogenita uero que esau i
uendidit. sacerdotalis dignitas intel
ligitur. Quam quidem bene iacob emis
se dicitur. quia sancta ecclia que per iacob

figurat